

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

253. Feria 2. de documentis ad consequendum dilectionem Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

452 Dominica 12. post Pentecost.

medium adferre non possunt, abscondere.
8. Omnes proximos juvare, verbo, opere,
exemplo. 9. Inimicos diligere, benefacere
his, qui oderunt nos, & paratos esse pro eo-
rum salute vitam fundere.

Conf. 3. Samaritanum infundentem vinū,
& oleum, ad vulnera illius descendantis in
Hiericho, sed melior est panacea confecta
ex melle & lacte sub lingua D. IESV: *Cant. 4.*
quia postquam Sacerdos suā linguā super Ho-
stiam verba consecrationis finivit, ibi est mel
divinitatis, & lac humanitatis, inquit S. An-
tonius *Tom. 6. cap. 2. num. 20. Opusc. 58.*
cap. 11. Et Isaías Regis morbum sicubus
appositis curavit. D. Thomas ait, quod
ficus bis dictæ dulces, Corpus Christi D E I
& hominis significant.

MEDITATIO CCLIII.

Feria 2. Domin. 12. post Pentecost.

*De documentis ad consequendum
dilectionem D E I.*

VIdebo, quomodo, ut lux Solis omnes
stellas, oceanus omnia flumina, immen-
sus ignis omnes igniculos absorbet, sic
D E V S, qui charitas est, omnes ad se trahit
amores. Petam similiter attrahi.

Conf. 1. Insipientium opiniones, & tepi-
dorum murmurationes esse contemendas.

No*n*

of. Peria 2. Domin. 12. post Pentecost. 453

ndere.
opere,
facere
ro eo-
vinū,
utis in
fecta
int. 4.
r Ho-
mel
An-
c. 58.
ubus
uqd
DEI
ost.
m
nes
ben-
sic
ahis
epi-
las.
Ion

Non illos, sed illorum dicta, sensus, definitiones, pro nihilo reputanda. 2. Fugienda non magna tantum, sed etiam peccata levia, nec unquam scienter faciendum, quod imperfectionem agnoscam. 3. Quotidie bis se ipsum excutere, & mala cogitationis, verbi, operis, & bona: Quod ineptum, quod non servidum in eis cognoscere, & emendare. 4. Mortificationem sensuum, tam exteriorum, quam interiorum, & corporis discratam afflictionem assumere, & passionum moderationem procurare.

Cons. 2. Nimium amorem erga rem creatam quamcumque devitandum, & cor purum à rebus visibilibus custodiendum. 6. De humilitate, & subjectione sic existimandum, ut nullum opus magnum mihi fore proficuum sperem, quod non humilitas converit, obedientia dictaverit. 7. Ne sim in operibus meis, aut exercitijs singularis, sed ea efficaciora mihi ad capessendam perfectionem judicanda, quæ communis usus congregationis approbat, & majorum instituta præscribunt. 8. Conversatio cum hominibus admodum moderata sit: Angelorum, & Sanctorum colloquio ad perfectionem juvabor.

Cons. 3. Externas occupationes à charitate demandatas magnâ libertate spiritus incipia-

454 Feria 2. Domini. 12. post Pentecost.
incipendas, sine ulla spiritus anxietate pa-
ragendas, magna spiritus tranquillitate per-
ficiendas esse. 10. Negotiorum multitudi-
nem, quæ vires corporales, aut spirituales
excedant, nequaquam admittendas; non
plus filiorum, quam lactis, non plus nego-
tiorum, quam virium. 11. Orationi, & con-
templationi semper insistendum, ne oratio-
nis tempora ulla mili negotia surripiant.
2. Hæc demum sit jugis occupatio,
Deum aut extra me, aut intra me præsen-
tem intueri, & puris desiderijs, ardentibus
alloquijs, & ignitis amoris affectibus ad
eum aspirare.

MEDITATIO CCLIV.

Feria 3. Domini. 12. post Pentecost.

*Quomodo Christus D. excelluerit
in usu charitatu.*

Videbo Angelos ad pedes Domini IESU
procidentes, præ admiratione dilectio-
nis eius, erga Deum Patrem, & nos. Petam
infinitam Christi in Deum, & nos charita-
tem assequi.

Conf. 1. Charitatem Christi in DEVM,
quando se obiulit a quadraginta diebus
DEO Patri in templo. Quando dixit se in
ijs esse debere, quæ sunt Patris. Quando ze-
labat pro domo Patris. Quando specialiter
aliquid